PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 183r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



iudicat: senator: qui de preteritis: iudex: qui vero de facul
tate: sep spectator est. ¶ Quare necessario tria sunt dicendi
genera: deliberatiuum: iudiciale: demonstratiuum. ¶ Est aut
de liberatiue orationis: aliud suasio aliud disuasio. nam
semper et qui priuatim consulunt: et qui publice contio
nantur: horum alterum aggrediuntur. ¶ Iudicialis aliud
accusatio aliud defensio. ¶ Horum enim aut alterutrum occupant
litigantes. ¶ Demonstratiue aliud laus: aliud vituperatio.
Horum autem vnicuique tempus accomodatur. ¶ Consulenti
futurum: de futuris enim consulit aut suadens aut disua
dens. Litiganti preteritum nam de preteritis semper iam accusat
alius alius defendit. Demonstranti precipue presens: nam
omnes secundum ea que presencia sunt laudant aut vitu
perant. sed utuntur etiam ad hec plerumque preteritis: in
memoriam illa reducentes: futuris quoque de eis conyti
entes. ¶ Vnicuique etiam horum finis alius est: cumque tres sint:
fines etiam tres sint. ¶ Consulenti: utile. aut contra nam
qui suadet quasi ad melius hortatur: qui autem dissua
det: quasi a peiore dehortatur. cetera vero ut iustum aut in
iustum honestum vel turpe ad hec assumunt. ¶ Litiganti iustum
aut iniustum: cetera vero ad hec etiam hic assumit. ¶ Lau
danti aut vituperanti honestum vel turpe. sed hy quoque ad
hec cetera referunt. ¶ Quod vero dictus vnicuique finis est:
signo illud est: quod de ceteris interdum non ambigunt. ut puta
qui causam dicit: quod factum non sit: aut quod non offuerit:
est quando nullam facit questionem. ¶ Et vero iniuriatur
nunquam confitebitur. non enim esset opus lite. similiter etiam
qui consulunt: cetera sepe concedunt: quod vero ad inutilia hor
tentur: aut ab vtilibus dehortentur: nunquam concedent. sed
utrum non iniustum sit: finitimos ac eos qui non iniuriantur:
seruitute premere: sepe non curant quidem. ¶ Eodem modo
et qui laudant aut vituperant: non animaduertunt utrum
vtilia gessit an contra: sed sepius etiam laudi dant: quoniam

consulunt